

Breve til og fra Holger Rosenkrands.

Ved **Holger Fr. Rørdam.**

Det hører vel ikke til det ubekjendte, at Mænd, stillede paa de højeste Pladser i Samfundet, med stor Iver have omfattet de religiøse Spørgsmaal, og at de vel ogsaa have ydet Bidrag til deres Besvarelse; men man skal dog søge længe efter at finde nogen, som har gjort dette med den Energi og Aandens Hengivelse som den lærde Holger Rosenkrands.

Udsprungen af en med Føje anset og af Fædrelandet vel fortjent Adelsæt, tilbagelagde han et smukt Ungdomsliv, under hvilket han blandt sine jevnlige gjaldt som et Mønster paa en flittig, sædelig og vel begavet studerende, medens den store Interesse, han nærede for de theologiske Problemer, og den grundige Indsigt i samme, som han allerede i en ung Alder havde erhvervet, forskaffede ham en ikke ringe Anseelse blandt Vittenberguniversitetets lærde Mænd. Faderens Død (1596), der satte ham i Besiddelse af store Jordejendomme, hans Indtrædelse (1597) i Kancelliet (i hvilket han dog kun forblev et Aar)¹⁾ og hans Ægteskab (1598) syntes at skulle drage ham bort fra dette Studieliv. Men har der været Fare i denne Retning, varede den dog kun kort; thi ved Aaret 1600

¹⁾ Grundtvig, Medd. fra Rentekammerarkivet 1872, S. 160.

eller 1601 synes der at være foregaaet et religiøst Gjennembrud, der fremkaldte den Beslutning hos ham at vie sit Liv til Herrens Tjeneste. Denne Beslutning hindrede ham dog ikke i at opfylde sine Pligter som Godsejer og Husfader, ligesom han ogsaa senere med Dygtighed varetog forskellige vigtige Statserhverv, særlig som Lensmand for Dalum Kloster (1617-20), og for Odensegaards (eller S. Hans Klosters) Len (1618-28)¹⁾ og som Medlem af Danmarks Riges Raad 1617-27 (ell. 28)²⁾. Men medens han i disse Stillinger gjorde Fyldest som en af de bedste i sin Samtid, var der stadig en indre Magt, der drog ham til de hellige Studier, og blandt hans theologiske Venner var der da ogsaa dem — og særlig Dr. Jesper Brochmand — som indtrængende opmuntrede ham til udelukkende at hengive sig til de Overvejelser og Bestræbelser, som have Guds Rige til deres Formaal.

Da disse Opfordringer kun altfor godt stemmede med hans egen Tilbøjelighed, gav han efter og frasagde sig sin Stilling i Rigsraadet, hvad da ogsaa førte til, at han mistede eller opgav sin Forlening, ifølge hvilken han havde været stillet omtrent som, hvad vi nu vilde kalde Stiftsamtmand i Fyn. Men denne hans Udtrædelse af Rigets Raad midt under den vanskelige kejserlige Krigs Farer og Trængsler var uden Tvivl et stort Misgreb af ham, skjønt det rostes af Brochmand. Thi ikke blot paadrog han sig derved Christian IV's Mishag, som aldrig forsvandt, men han fik alt for god Tid til sine Grublerier og kom til at savne den Modvægt, som det praktiske Livs Sysler ellers frembød. Det contemplative Liv, som han nu kunde hengive sig til, og de klosterlige Guds-frygtighedsøvelser, som han satte saa stor Pris paa, førte ham ind paa theologiske Theorier, særlig angaaende de gode Gjerningers Betydning, som nu synes os temmelig

¹⁾ Erslev, Danmark-Norges Len og Lensmænd 1596—1648, S. 27. 60.

²⁾ Molbech, Chr. IV's egenh. Breve, S. 315.

uskyldige, men som paa en Tid, da Sandsen for de dogmatiske Differenspunkter var saa skarpt udviklet, vakte en pinlig Opmærksomhed, navnlig ogsaa fordi der bag ved dem laa en Kritik over den herskende Theologi.

Nu skete det, at flere af de Mænd, som tidligere havde været Holger Rosenkrands's ivrigste Beundrere — vi fristes til at sige Smigrere — vendte sig imod ham, og i de sidste Aar af hans Liv styrtedes han ind i en Række theologiske Stridigheder. Havde Adelsprivilegierne ikke dækket ham, er det meget sandsynligt, at han var bleven sat under Anklage for heterodoxe Anskuelser. Dette skete nu imidlertid ikke; men der faldt dog en Skygge over hans sidste Aar, som vel ikke røvede ham hans Hjærtetfred, men dog mangan en Gang gjorde ham bitter mod de Modstandere, som efter hans Mening uden Føje gjorde ham til Gjenstand for deres Angreb.

I Kirkehist. Saml. 3 R. I, 114—74 er meddelt en Samling Breve fra Holger Rosenkrands's Studietid 1590—95. Naar jeg her fortsætter med Breve fra hans Manddomsaar, da forbyder Tallet af de os levnedes Breve mig at optage alle dem, der kjendes. Jeg maa nøjes med et Udvalg (tildels i Udtog), der dog formentlig vil kunne tjene til at vise, hvor stor en Anseelse den lærde — Christian IV kaldte ham: den latinske — Rosenkrands nød i sin Samtid som en fremragende luthersk Theolog. Forøvrigt er her ogsaa medtaget Breve, som ikke ere af theologisk Indhold, naar de kunde tjene til at vise den Stilling, H. R. indtog blandt sine samtidige, og der er sket et Forsøg, som dog ikke gjør Krav paa at være udtømmende, paa at give en Oversigt over de haandskrevne theologiske Indlæg fra H. Rosenkrands's Haand, eller rettede imod ham, som findes i vore Samlinger, saa vidt muligt indordnede i Tidsfølgen, hvilket undertiden dog har stor Vanskelighed paa Grund af manglende Tidsbestemmelser.

Næsten alle de efterfølgende Breve meddeles efter Afskrifter, tagne i forrige Aarhundrede af Originalerne i Rosenholms Arkiv. I det hele ere Afskrifterne gode. Men ganske erstatte Originalerne kunne de dog ikke. Dette bedes haft i Erindring, om Læseren en eller anden Gang skulde komme i Tvivl om Aftrykkets Korrekthed.

II.

Fra Holger Rosenkrands's Manddomstid.

1.

1596, 17. Marts. (Tremoniaë). M. Andreas Schaafman, ecclesiastes Tremonianus, tilegner Oligerus de Rosæcrantz, Danus, og tre tyske Adelsmænd sit Skrift: *Libri III controversiarum de praedestinatione*. Francof. 1597. 8^{vo}. Skriftet indeholder en Gjendrivelse af den bekjendte reformerte Theolog M. Joh. Piscators Sætninger.

2.

1598, 26. Februar. Gundæus Lange Joh. F. skriver fra Ingolstadt, hvor han studerer, til H. Rosenkrands og meddeler ham bl. a. nogle politiske Efterretninger. Han omtaler sit tidligere Ophold ved Universitetet i Tybingen.

Afskrift i Langebeks *Diplomatarium*. Sammesteds findes under Aaret 1595 Breve til H. R. fra Brødrene Gunde og Tyge Lange, Sivert Grubbe og Christian Barnekov. De to førstnævnte vare Sønner af Hans Lange til Brejning, H. Rosenkrands's Morbroder (jvfr. *Hist. Tidsskr.* 5 R. IV, 624—5 Not. *Khist. Saml.* 3 R. I, 163—4). I Langebeks *Diplomatarium* findes endvidere følgende Breve til H. R. fra Gunde Lange 1. dat. Greifswald 21. Apr. 1596. 2. dat. Tybingen 7. Nov. 1596. 3. dat. Frankfurt 9. Sept. 1597. 4. dat. Ingolstadt 3. Jan. 1598. Fra Joh. Lindenov, dat. Hingsavl 29. Juli 1596. Fra Tyge Lange, dat. Tybingen 2. Sept. 1597.

3.

1598, 3. November. Marie Belov til H. R.

S. P. D.

Si recte vales, mi Avuncule, cum nobilissima uxore, est cur magnopere gaudeam, ego cum meis (Dei gratia) valeo rectissime. Orationem latinam, quam Episcopus Selandensis D. Petrus Winstrupius in Coronatione Regis nostri clementissimi publice dixit, tibi mitto, non equidem ut tuum munus vel meritum remetiari; sed ut hoc saltem mei in te grati animi pignus apud te relinquam. Aliud quod tibi hoc tempore significem, nihil est, præterquam quod amice a te petam, velis hanc meam qualemcunque picturam et manum boni consulere; alias plura et meliora mittam. His te cum castissima matrona¹⁾ reverenter et officiose meis verbis salutata protectioni diuinæ commendo. Kalløe 3. Nouembris Anno 1598.

Maria Belov²⁾

manu propria.

Herren aff Zion wellsegnne Eder och Eders kiere Høstrue, och giøre Eder till ett stordt och manngefoldige Folck.

Elisabett Skram

medt egenn Hanndt.

Udskrift: Nobilissimo oc generoso viro Oligero Rosæcrantz, domino de Rosenholm, avunculo meo charissimo, plurimum semper observando.

Langebeks Afskrift »ex autographo in Archivo Rosenholm. 1761«.

¹⁾ Den 13. August 1598 havde Holger Rosenkrands Bryllup i Malmø med Sofie Brahe, D. af Axel Brahe, i hvilken Anledning Frants Jørgensen (Græsted) udgav et latinsk Bryllupsdigt (se Kjøbenhavns Univ. Hist. 1537—1621. III, 726).

²⁾ Om Forfatterinden af dette Brev, som, da hun skrev det, var neppe 12 Aar gammel, henvises til de udførlige Oplysninger hos Schönau, Lærde danske Fruentimmer, S. 27 flg. Hendes Moder, Elisabeth Skram, af hvem Efterskriften er, var ogsaa en ved Aand og Guds frygt udmærket Kvinde (se min Udg. af Lyskanders Bog om Danske Skribenter, S. 217—8).

4.

1600, 10. Februar. (Fusinga). Ottho Skyell¹⁾ tilskriver H. R. om en »eqvus gradarius« (Pasgjænger), som H. R. havde bedet ham at anmode Bertel Holck om at købe til ham efter afdøde Thomas Fassi. Det var imidlertid lidet sandsynligt, at B. Holck kunde fremme denne Sag; O. Sk. havde derfor anmodet sin Onkel, Knud Brahe, om at tage sig deraf hos Th. Fassis Arvinger. — Endvidere giver han H. R. Oplysning om Alderen paa nogle unge »leporarii« (Jagthunde), som H. R., som det synes, havde faaet fra Herregaarden Ulstrup.

Afskrift i Langebeks Diplomatarium efter Orig. i Rosenholms Arkiv.

5.

1600, ipsa die paschatis. (Patavii Antenoris). Ottho Brahe skriver til H. R., der nu var gift med hans Søster. Han glæder sig til at se dem, naar han havde fuldendt sine Rejser i fremmede Lande.

Langebeks Afskrift i Diplomatariet i Geh.-Ark.

6.

1600, 15. Juli. (Wittebergæ). Nicolaus Petri takker H. R. for utallige Velgjerninger, han havde vist ham, og lover, at han ikke skulde vise sig utaknemmelig.

Afskrift i Langebeks Diplomatarium.

7.

1600, 19. Juli. (Wittebergæ). Georgius Rostrup tilskriver sin kjære »avunculus«, Holger Rosenkrands, og takker ham for hans gode Formaninger til Gudsfrygt, Lydighed og andre Dyder; thi deraf erkjendte han hans

¹⁾ Søn af Christen Skeel til Fussing og Margrete Brahe (jvfr. V. S. Skeel, Optegnelser om Familien Skeel, S. 161—70).

næsten faderlige Omhu for ham. Han lover at lægge disse Formaninger paa Hjærte. Forøvrigt underretter han ham om, at han d. 18. Juni velbeholden var kommen til Vittenberg; men derom vilde (Broderen) Johannes skrive nærmere.

Afskrift i Langebeks Diplomatarium.

8.

1600, 29. Juli. (Hafnia). Otto Skyell skriver: »Amantissime Oligere, ex animo doleo, qvod per qvædam negotia, qvæ mihi facessunt Kanutus Rud et duo alteri nobiles, causam Alberti Skelii, homicidæ¹⁾, apud Regem acturi, tuis literis plene non possim respondere, nec, qvod admodum vereor, te in itinere tuo et desideratam tuam meamqve Sophiam Brahe²⁾ videre et salutare«. O. Sk. ventede sin Moder til Kjøbenhavn. Hvis hun imidlertid ikke kom, vilde han mødes med H. R. i Kalundborg næste Fredag for at tale med ham om en magtpaaliggende Sag. Hellere ønskede han dog et nærmere Mødested, hvis det kunde lade sig gjøre.

Afskrift i Langebeks Diplomatarium.

9.

1600, 30. Juli. Otte Skeel til H. R.

Rescripsi tibi, frater dilecte, summa cum festinatione, me infra diem Sabbathi, vel ipsa die Sabbathi tibi adfuturum Kalundburgi, nisi me impedirent causæ, qvas tum recensui: ecce jam veniam impetravi, animi gratiâ urbe hac excedere, ac Stenonem Brahe avunculum meum et reliqvos meos amicos accedere; sic me tædet hujus vitæ

¹⁾ Albert Skeel til Jungetgaard dræbte 1600 Niels Juul til Kongstedlund.

²⁾ Holger Rosenkrands's Hustru, Sofie Axelsdatter Brahe. Otte Skeel var forelsket i Sofie Pedersdatter Brahe, hvorom mere i de følgende Breve.

fixæ¹⁾: intellexi vero ex tuis literis, te brevi ac intra paucos dies Kalundburgum cogitare, sed qvanam die, ex literis tuis non potui colligere. Præterea mihi fidem fecit quidam tabellarius, te interfuturum baptismo filii Hemingii Gæ; hinc fit, ut certo non possim scire, qvanam die venturus es, vel an brevi venturus es: si constaret mihi, libenter me istuc reciperem circa idem tempus, ut te in meo itinere salutarem, fuit enim et erit mihi semper gratissima præsentia tua: statui autem Deo volente perendie Roskildiam ire, ubi hæream, donec cum hoc nuncio mihi rescripseris, quid agendum sit, et quâ die te præstolabor; permagnum enim me incessit desiderium videndi virgines istas, si fieri possit citra ullam suspensionem; nosti probè ingenia quorundam; neminem autem in hoc negotio, vel certè in alio, mihi magis fidum eligere potui quam te, ideo nulli alio quoque aperire ausus sum. Plura de hac re coram tecum agam, si frui licet tuâ præsentia. Vale cum tua conjugè optime. Haffnia 30 Julij a° 1600.

Tui A^{us}

Otho Skyell.

Doctissimo ac nobilissimo viro Oligero Rosækrantzio, amico ac fratri meo longe charissimo.

Holger Rosenkrantz.

Afskrift i Langebeks Diplomatarium.

10.

1600, 12. August. Otte Skeel til H. R.

Promisi tibi, frater dilecte, me quando primum Haffniam reducem, omnia tibi, quæ in itinere mihi evenierint, per litteras narraturum. Discedens itaque à te Brentwed perveni, ubi avunculum meum Stenonem Brahe²⁾, Olaum

¹⁾ Otte Skeel var paa den Tid Hofjunker.

²⁾ Sten Brahe var en Broder til Otte Skeels Moder.

Rosensparre cum toto gynæceo suo offendi. Sed sponsalia filii avunculi mei erant tum peracta; ibi tres dies commoratus, demum cum Olao Rosensparr, ab ipso invitatus, concessi. Hic inter varia colloquia, qvæ mecum privatim habuit conjux ipsius¹⁾, etiam de conjugio nonnulla, ac semel à prandio me in sylvam eduxit, rem magni ponderis mihi narratura. Cum jam aliquot passus domo abessemus, hujusmodi oratione me alloquitur: Fili mi, nihil unquam tecum de matrimonio contrahendo egit parens tua? vel cujus filiam ambire te voluit? Ego etsi fuisset mater mea, constanter tamen negabam. Tum illa: Ego jam ab initio saluti et prosperitati tuæ studui, bona verò pars tuæ felicitatis sic etiam infelicitatis consistit in matrimonio benè vel malè contracto; habeo autem in domo mea virginem qvandam nobilem, optimis moribus præditam, quam libenter tibi in conjugium elocarem. Rogabam, qvænam esset? nam filiam tuam, dixi, licet maximè vellem, ob sanguinis affinitatem ducere in uxorem haud possum. At illa negabat filiam suam esse, sed alteram, quam probè nosti, inquit; hic illam à innata probitate, à clarissima prosapiâ, à præstanti forma, à summis divitiis, ab pietate et optima educatione commendare, omnes procos²⁾ ipsius, qui repulsam passi sunt, enumerare incæpit. Ego summas illi gratias habui, quod tam benè fortunato conjugio rebus meis consulere voluerit, cæterum me in tam arduo negotio nihil citra matris meæ consensum acturum dixi; quo responso me semper liberavi, nam certè animum meum occupaverat tum Sophia Brahe, obtinebitque in posterum, modo reciproco amore amicitiam nostram foverit, quod equidem non dubito. Tandem ubi me in suam sententiam protrahere non potuit, rogabat, ne cui hoc suum consilium aperirem.

Ræsenium nostrum de libris istis, quorum mentionem fecimus, interpellavi, respondit, se non habere præter

¹⁾ Lisbeth Gyldenstjerne. ²⁾ Bejlere.

Biblia Græca Sixti Qvinti Pontificis Romæ excusa, sed jam denuo accuratius in Germania edita puto Vetus Testamentum collectum ex varia lectione Patrum, qvod si volueris, libenter mutuo tibi dabit. Vale, salutata à me Sophia Brahe tua et mea qvàm amantissimè, Dorothea Gøe¹⁾ reliqvisqve virginibus qvàm officiosissimè millies salutatis. Haffniæ 12 Augusti 1600.

Tui amicissimus

Ottho Skyell mauu sua.

Oligero Rosencrantzio, viro nobili ac juxta docto, amico meo ac fratri charissimo.

Afskrift i Langebeks Diplomatarium.

11.

1600, 5. Oktober. Otte Skeel til H. R.

Avidè tu quidem frater desiderate hæc legis, sed desiderata vix lecturus, ac ut totius rei seriem melius intelligas omnia, qvæ à nuptiis Wiburgi celebratis in hoc negocio evenierint, tibi exponam, qvæ autem præcesserint, nisi fallor, à me antea percepisti. Igitur secundo satis vento trajecto freto, die Sabbathi à nuptiis proxima, circa horam quartam pomeridianam Torbenfeldium perveni, excepit me virgo matertera²⁾, sed vultu nescio ad qvam insolitam austeritatem composito, unde facilè conjeci, meum adventum ipsi haud gratum fuisse, qvare nec me rogabat, ut crastinum diem manerem; sed qvoniam cum Sophia loqui volebam, qvod commodè isto die non potui, simulatà ignorantia, manebam tamen, finitâ concione ac finito prandio, multa mecum virgo matertera contulit, variis de rebus, nonnulla etiam de conjugiiis, sed omnia tanta auctoritate, tanto fastu, tam ambiguè et ironicè, ut vix

¹⁾ Ejerinde af Torbenfeldt (nu Frydendal).

²⁾ Den ovennævnte Jomfru Dorthe Gøe. Hun kaldes matertera, fordi hun var Moster til Sofie Pedersdatter Brahe.

mentem illius perciperem, ut est virgo nescio qualis ingenii. Interim sedulo occasionem captabam Sophiam alloqui, quæ in cubiculum se receperat, ac vix me aspicere per materteram audebat. Tandem ego longioris moræ impatiens à mensa surgebam, tum ætate majores sorores virgines, quæ fortè aderant, petebant, sic ut credo à matertera instructæ, ut ludum latruncularium cum illis luderem; ego quia libenter præsentem Sophiam vidissem, rogabam, ut cartis luderent, tum omnes, dixi, simul ludere possumus, quod et obtinui. Quo dicto comparuit Sophia. Sic ferè per 3 horas lusimus non sine suspiriis utrinque ductis, interim abiit matertera: ego tempus jam ratus cum Sophia loqui, petebam, ne amplius luderent, petivi enim, cum illis conferrem; illæ rem intellexerunt, ac statim una cum Sophia à mensa discedunt: ego verò Sophiæ omnia, quæ ad negotium spectare videbantur, exposui, et literas Sophiæ tuæ clam tradidi, præterea ut amplius materteram de negotio concredito convenirem rogavi, quod ut facerem unicè petebat. Nobis sic conferentibus supervenit matertera, quæ minaci satis gestu nos respexit, nihilominus manente Sophia sermonem meum persequutus sum nihil commotus hisce rebus, donec instans cænandi tempus interruptit colloquium nostrum. Perlongum foret omnia recensere, quæ virgo matertera protulit in medium, mira certè omnia et valde ambigua, sed nihil de meo negotio loqvuta. Peracta jam cæna et alto facto silentio, dixi illi, me jam matris meæ, P. Munchii, amitæ meæ et reliquorum amicorum svasu, consensu et consilio jam deliberasse, Petrum Brahe ¹⁾ ob causam, quam illi antea exposueram, invisere, idcirco illam rogabam, ut mihi in hoc negotio adesset, me vicissim nihil non ipsius causa facturum constanter promisi; sed illa antiquum sapiebat, ac respondebat, se nihil planè posse in hoc negotio, sed ut parentem ipsum adirem. Ego animadvertens me nihil

¹⁾ til Krogholm i Skaane (gift med Margrete Giøe).

proficere, illa et virginibus salutatis, lectum me recepi, et manè summo diluculo discessi. Sed ne adhuc ulla culpa penes me esset, ad Petrum Brahe et amitam virginem, comite avunculo Georgio¹⁾, molesto admodum itinere, profectus sum, sed omnia incassum fecimus, nam Petrus sic effæminatus est, ut nihil sine Dorotheæ Gøie consensu et voluntate concludere audeat. Amita virgo, quam solus invisi, statim, ubi negotium intellexit, mihi tam addicta fuit, ut vix credas, quanta humanitate et benignitate me exceperit ac demiserit, est enim certè, quatenus ego intelligere potui, virgo summæ probitatis nec non magni iudicii, totaqve à mea parte. Sed quid consilii? obstant mihi parens et matertera Sophiæ, favent autem amita et Sophia ipsa, et certè omnes, ad quos aliqua ejus rei cognitio pervenit. Petrus Brahe dicit, se alteri nobili promisisse filiam suam; ferunt esse venatorem istum, sed ego suspicor alium esse, quis autem sit, ignoro²⁾. Utinam nunquam de hoc negotio cogitassem, et maximè doleo, quod P. Munk et amitæ meæ hæc dixerim, et amicis meis tot molestias crearim, quorum conatus jam irriti redditi sunt: nec minus dolent avunculi mei reliquique amici, quorum consilio omnia facta sunt et suscepta, pessime erga P. Brahe et materteram affecti. Sed vide, quid agam? quia fidem et constantem amicitiam Sophiæ promisi, quamdiu illa constans et mihi fida manserit, nunquam illam deseram, sin minus exauctoratus et liber sum isto jramento. Tædet me jam plura, nisi meliora fuerint, de hac re scribere, sed talia qualia sunt, quæso ut conjugii tuæ charissimæ significes. D. O. M. qui omnia in emolumentum suorum agit, non dubito, quin et hæc omnia in meam salutem dirigat. Sclopetum brevi tibi transmittam.

¹⁾ Jørgen Brahe til Tostrup i Skaane († 1601).

²⁾ Sofie Pedersdatter Brahe blev siden gift med Peder Munk.

Vale optime cum Sophia nostra millies salutatus. Dabantur Haffniæ 5 Octob: a^o 1600.

Intra 14 dies, Deo volente,
tibi adero.

Ottho Skyell
manu mea.

Erlig och velbiurdige mand Holger Rosenkrandz til Rosenholm, min kiere broder och synderlige gode ven, ganske venligen.

Afskrift i Langebeks Diplomatarium.

12.

1601. Juni. (Hafniæ). Johannes Sylvius Hatterslebiensis ¹⁾ tilegner Holger Rosencrantz de Rosenholm sit Skrift, Oratio de Rosis, Hafn. 1601. 4to. Tilegnelsen er grundet paa Taknemmelighed, fordi H. R. havde understøttet Joh. Sylvius, »cum magna me inopia et rerum difficultas premeret.«

13.

1602. Prof. Friderich Taubmann til H. R.

Ergo vivis adhuc et nostra vesceris aura, Rosæcrantzi, flos tuæ nobilitatis et Princeps olim nostræ juventutis. Deum bonum! Quis est ille dies, quod illud cum amicis colloquium, cujus tu non pars aliqua? Studia nobilitatis nostræ intuemur? Te exemplum laudamus. Virtutem, quâ genus suum exornant? Te specimen allegamus. Quid dicam comitatem et humanitatem, qua tu non tuos quidem pares, sed nos etiam, qui sumus e vulgo, longe antevertis? Nec animum istum, credo, demutasti, quippe cum audiam, te hodieque in litteris et libris ita versari, ut studia olim amare, nunc ardere videaris. Mi Rosæcrantzi, mi amice (talis enim es erisque, velis nolis) te non dimitto,

¹⁾ Hans Skov var en Tid Hører ved Ribe Skole, siden Sognepræst til Næs i Hallingdalen i Norge (se Worms Lex. II, 458. Ny kirkehist. Saml. I, 559-62).

utinam vel dieculam tecum mihi esse liceat, et in Musæo tuo non aures solum, sed et oculos pascere. Non dubito, quin multa abs te vivo Magistro ab illis non vivis discerem, quæ operosissimum illud opus, quod ego nanus humeris meis temerario auso olim imposui, commentarium inquam Plautinum, quod jam finem spectat, operosius et perfectius redderent. Quanquam si quid habes decima ista Musa dignum, ad me trans mitte. Cupio enim nomen tuum, tanquam gemmam, in purissimo illo auro Gratiarum incidi, ut ab omni posteritate possit cognosci et quasi in theatro spectari. Mi Rosæcrantz, jam (ecce) lacrimæ mihi ebulliunt, dum penitus mentis oculos in istam olim nostram familiaritatem insinuo. Plura vellem, plura non sinit lateris festinata abitio. Witterbergæ 1602.

Frid. Taubman ¹⁾.

Afskrift i Kongl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4to (p. 37).

14.

1604, 25. Oktober. (Hafniæ). Georgius Schou-gardt ²⁾ skriver til Holger Rosenkrands og bevidner ham sin overordentlige Hengivenhed, og takker for hans Ven-skab. »Quod de Bibliis proximis tibi comitiis oblati deque Bibliotheca tuo usui concessa tantas gratias agis, non opus sanè esset. Cur enim, mi frater, Bibliothecam suam tibi non concederet is, qui se suaque omnia (non dico ad tempus, sed in omne ævum) tuo favori ac amoris consecrare desiderat. Libros quoque à te Gunderstrupii selectos nunc tandem post longam temporis dilationem,

¹⁾ Professor Poëseos & Eloqvientiæ i Vittenberg, † 1613. I hans Melodæsia (Lips. 1597) og i hans Schediasmata Poëtica (Witenb. 1604) findes Digte til Holger Rosenkrands (se Suhms Saml. I, 3, 165. 171).

²⁾ til Gundestrup (nu Wrams Gunnarstorp) i Skaane. Jvfr. min Kbhvns. Univ. Hist. II, 406—7. 644. III, 616. 618. Kirkehist. Saml. 3. R. I, 161-2.

per Genevenssem meum, juvenem pium et modestum, ad te mitto; quem tuis filiiue tui delectissimi servitio commendo, devoveo, consecro: fraterne rogans, ut cunctationi huic meæ diutinæ pro tua in me fide ignoscas, austeritati tempestatis ventique adversi rigori (qui me nuptiis Parsbergii nostri interesse vetuit) non meæ incuriæ aut negligentia ascribas, pro dexteritate tui in me animi, obtestor. Et si quid restat, quod tui honoris causa præstare aut efficere potero, tuum erit mi Rosenkrantz pro tuo jure mihi imperare«.

Som Efterskrift tilføjer ham: »Officiocissime te resalutat Dominus M. Johannes Canutus¹⁾, omniaque sua qualiacunque officia tibi offert«.

Orig. med Segl i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsamling.

15.

1604, sub finem Anni. (Stetin). Daniel Cramer tilegner sin fordums Discipel Holger Rosenkrands sin Udgave af Peder Palladius's »Isagoge ad libros Propheticos et Apostolicos«, som han havde ledsaget med nogle Tillæg, saasom »Methodus concionandi« og »Calendarium generale«. (Bogen udkom paany i Wittenberg, 1606).

16.

1607, 10. Marts. (Rosenholm, »ad lucernam matutinam«). Holger Rosenkrands skriver et langt Brev med christelige Betragtninger og Formaninger til »den fromme og lærde Yngling« Christen Thomesen (Sehested), der betegnes som hans »amicus et affinis«²⁾.

Afskrift i Kgl. Bibl., Gl. kgl. Saml. 131. Fol.

¹⁾ Præst ved Nicolai Kirke i Kbhvn., siden Biskop i Odense.

²⁾ Chr. Thomesen, der senere (1620) ægtede en Datter af H. R., var tildels opdraget i hans Hus. I Aarene 1693—7 studerede han i Vittenberg.

17.

1607. [Knud Bieske] til H. R.

Salutem in Christo Jesu Salvatore nostro!

Quanta impendeat calamitas, non dicam tibi, Christiano orbi, sed huic saltem Academiæ et civitati, cordati omnes de facili habebunt augurari. Tantillo enim tempore, Generose Dn. Patrone, tot ac tantos viros abripi! Eheu calamitas! Hunnius¹⁾, Rungius²⁾, Gesnerus³⁾, quantillo temporis spatio nobis erepti sunt! a quo luctu respiratio fuit biennii saltem vel circiter, tum statim, ecce, novus exoritur. Noster enim Mylius⁴⁾, qui et quâ ætatem et corporis vires vegetus adeo et vivax videbatur, vix sesqui-hebdomadali morbo extemplo concidit, marcescit, obit, abit. O dirum Ecclesiæ vulnus! o fatalem hujus Academiæ periodum! Certe Ecclesiâ in hac furentis Diaboli fabula quam sustineat personam, quem gerat vultum, quisquis sis, cujatis sis, pius modò et verè fidelis, in temet ipso experimentum capis. Quæ facies sit hujus etiam scholæ et universitatis, longè absentes æque ferè ac præ-sentes heu nimium intuentur! Verumtamen ne virtus hominum quapiam esse videatur, sed Dei solius in Ecclesia sua sustentanda et propaganda conspiciatur, hæc pleraque agi mihi videor. Ideoque non desperandum, sed sperandum; nec fugiendum, sed standum, stationeque pugnandum pro modulo et gratia, quam unicuique suppeditaverit Dominus. Creberrimus autem jactatur rumor (sed saltem rumor) de D. Polycarpo Electoris concessu Academiæ

¹⁾ Den bekjendte Theolog Ægidius Hunnius, Prof. i Vittenberg, døde d. 4de April 1603.

²⁾ David Rungius, Prof. theol. i Vittenberg, døde 7de Juli 1604.

³⁾ Salomon Gesner, Prof. theol. i Viitenberg, døde 7de Februar 1605.

⁴⁾ Georgius Mylius, Prof. theol. og Superintendent i Vittenberg, døde 28de Maj 1607.

surrogando ¹⁾, de quibus tamen quicquid futurum sit Deus et dies dabit. Periculosus omnino nostræ Germaniæ undiquaque est status et conditio. Pax quidem inita dicitur vel saltem induciæ factæ cum Turcico Imperatore; firmæne an dubiæ istæ, Deus norit: interim quid Papa cum Venetis moliatur; quid Hispanus sibi cum variis suis textis et retextis technis et fraudibus velit, quid denique Bavarus cum copioso coacto milite conaturus sit: annon universa ista colluvies in caput nostrum conjurasse videri debeat, prudentes multi disquirunt. Comitia Imperatoris et Principum Ratisbonam indicta fuere: quæ tamen, nescio quo consilio, rescissa sunt. Præterea vero lues Epidemica in superiore Germania valde grassare perhibetur, quæ si ad nos etiam transcurrerit, quid mirum? annon meriti fuerimus? annon tam frequens obitus piorum et doctorum aliquid, vel ipso Spiritu Dei teste, portenderit? annon securitas ista hominum et desipientia ruinæ postmodum ignominiosæ et contumeliæ apud mortuos, juxta sapientis effatum, futura sit? Profectò horrorem et timorem nobis incutere possunt et debent vicini nostri. Lipsienses malum hoc non tantum in suburbio aliquamdiu experti sunt, sed et nunc intus intra muros sentiunt. In quo constituti periculo, vel saltem metu periculi, non potuimus non Te, nobilissime Domine Patrone, ut et cæteros nostros de necessariis tempestive curandis obtundere.

Quanquam autem sumptus majores, ac sperassem, primo præsertim anno, cumulari video: per meam tamen fidem affirmo, necessitati omnino parendum fuisse, quam T. G^{tas} videt et intelligit. Spero etiam parentes utriusque puerorum eam in judicando adhibituros æquitatem, ut nullius profusionis me arguere velint. Sin vero aliquid vel Tuæ G^{ti} vel ipsis dignum correctione in expensis visum fuerit, quæso, id ulla sine exceptione monear. Ipse

¹⁾ Polycarpus Lyser († 1610) havde tidligere været Prof. theol. i Vittenberg og var nu Overhofprædikant i Dresden.

enim nollem, quantum quidem per me liceat, in præsente annu sumptus adeo excrescere. Quia verò illud præsenti pecunia prudentius caveri autumo, tum etiam pericula ista, quæ superius nominavi, extimescenda veniunt, et denique debita tum hospitæ viduæ, tum institori (illius quidem indigentia sublevandæ, hujus molestiæ in exigendo supersedendæ, nostræ ipsorum autem famæ et existimationis servandæ ergo) persolvi fas et prope necessum ducō: pecunias maturius aliquanto circa festum Bartholomæi vel etiam citius transmitti maximo peto opere. Quapropter, quod mei puto esse officii, diligenter moneo, et submisce magis rogo, ut ne summo periculo committatur, si forsā (quod Deus tamen clementer avertat!) hæcce loca lues isthæc infestaret. In dies enim mali istud invalescere auditur. Et quia non tantum æs alienum jam contractum et quotidie apud hospitam accrescens numerandum est; sed et de fuga nobis consulendum foret: haud minus 40 thal. mittendum putarem. Ad quod omne Tua G^{tas} cæteris Patronis sedulo et accurate literis inculcet, etiam atque etiam peto: nobis etiam, si omnino locus hic mutandus esset, quo confugeremus, a Tua G^{te} consilio præeatur, unice desidero.

Quod si verò Deus, fons omnis misericordiæ, nobis hic halcyonia et hospitola concederet (concede verò, o Pater, benignissime Pater!) aliud præterea quippiam esset, quod ad T. G^{tem} et timide et trepide. Ego certe ejus rei non sum auspex: sed jam antehac noster N. svasit, ut publicum ab Academia nostra honorum titulum et testimonium peterem. Verum quia cum rationes studiorum non ita essent comparatæ, tum etiam causam hujus *φιλοτιμίας* idoneam non viderem, me T. G^{is} nomine (sine cujus consensu ut hic aliquid tentarem, non mihi integrum putarem) excusavi.

Jam verò denuo instat, rationes nonnullas potius innuens quam indicans, quas tamen (ut scribit) ad T. G. fusius et clarius persecutus est. Utut verò sit, novit

T. G^{tas} me iniisse rationem meorum studiorum talem, ut primum hunc annum Philosophicis tribuerem, idque iis de causis, quas aliquando literis exposui, quasque T. G^{ti} probatas fuisse gaudeo. Cum itaque is annus jam elapsus sit: mallet ibi versari, ubi domi aliquando futurus sim, idque eo præsertim animo, quod incitamenta habeam per multa, quæ me quasi cogunt ad sacrosanctum istud pietatis negotium: cujus sanctum et purum lac apud T. G^{tem} primum imbibi. Certe ista animi distractio et frequens remissio, quæ fit ex intentione ingenii ad alia studia, quantum *δυνάμει* veræ pietatis detrahat, sentio. Et quam satis scio, studium, quod vocant Theologicum, ita esse controversiis obrutum, ut vera, vera inquam, pietas ab hujus etiam cultoribus fere exulare videatur, majorem tamen nihilominus non plane *ἀπεδύτω* occasionem hinc, quàm ex aliis cogitationibus offerri, vix quisquam negarit, taceo, quod hîc demum usus Philosophiæ aliquis appareat. Desiderem ideoque propediem ad sacra illa adyta ita redire, ut non tanquam hospes amplius, sed domesticus in iis conversarer.

Afskrift, som det synes ufuldendt, i Kongl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4. Brevets Forf. er aabenbart Knud Bieske, der opholdt sig i Vitenberg 1603-7 som Hovmester for de Holger Rosenkrands nærtstaaende Ynglinge, Peder Lange og Christen Thomesen (Sehested). Jfr. min Kbhvns. Univ. Hist. III, 632.

18.

1608. Prof. Knud Bieske til H. R.

S. Si in tanto tamque diuturno silentio meo excusatione utar occupationum mearum, quas semestre elapsum mihi auspicatò attulit, nullus dubito, Gen. et Amplissime Dn. Rosæcrantzi, Patrone magne et meritissime, quin Nob^{ti} tuæ vel hoc nomine sim purgatus. Equidem ex quo mihi deliberatio erat suscipienda de Rectoratu scholastico Otthoniæ deponendo, et vicissim provincia Academica Divino jussu et beneficio suscipienda, adeo mihi cogita-

tiones atque occupationes incubuere, ut privatis rebus amicorumque officiis temporis reliquum vix quicquam fuerit. Quò sane lubentius hoc tempore, magis quasi otioso et feriato, faciundum putavi, ut ad pristinum literarum institutum svavissimumque tecum colloquium redirem. Nihil enim mihi tam volupe accidit, quam ut cum eo frequentissime versari atque per literas communicare possim, cujus incolumitate et dignitate contineri sentiam voluptatem meam et commoditatem maximam. Te igitur, Generose Dn. Rosæcrantzi, meæ deinceps spectabunt et frequentabunt literæ; Te in tanta tamque perpetua tui memoria compellare non cessabunt, ut quod vultu atque ore non liceat, id animis ac literis sarciri queat. Dabis tu, spectatissime Rosæcrantzi, impudentiæ meæ veniam, sicubi modestia in me lapsa videbitur. Neque enim improbitate quicquam committetur, nisi fortean imtempestiva benevolentiae in me tuæ pristinæ fiducia ad lapsum inducar: quo quidem si me astringi sensero, malim sane tuarum literarum asperitate aliqua emendari, quàm aliorum dubiæ fidei hominum voce celebrari, sed longius hic non provehar, ne culpæ deprecatione prolixitatis vel tenuitatis crimen incurram.

De rebus igitur meis est quod significem. Nihil mihi gratius aut svavius futurum fuisset, quàm si aut frequentissime aut assidue sane tecum mihi esse liceret, ut in salvificæ doctrinæ ac pietatis documentis et aliis sacræ eruditionis momentis tuo et iudicio uterer et subsidio fruerer. Nulla enim esse potest ratio solide proficiendi et cum fructu in studiis progrediendi commodior, quàm per mutuam cogitatorum collationem et disceptionem sobriam. Cujus quidem commoditatis usura mihi si in posterum obtingere Divinitus posset, per fidelem ac pium aliquem in ordine Dn. Professorum, mihi quidem gratularer. Si vero per te id emolumenti ad me jam redire posset, immensum sane, quanta in beatitudinis parte id numeraturus essem! Dominus autem et Immanuel noster

clementer providebit. Habere quidem plurima, quæ censenda et æstimanda tuo gravissimo iudicio deferrem, sed missis omnibus commodiori occasione, geminum *ξήθημα* attingam, quod sæpius meditatam denuo mihi in mentem venit.

I. Quomodo sobrie, pie et solide sentiendum et commode distincteque sit respondendum de hac quæstione: An nimirum fiant res aliquæ nolente Deo, vel an fiat aliquid præter et contra voluntatem Dei seriam et beneplacentem. Nosti enim, Theologos plurimos judicare absurdum esse, si statuamus Deum aliquid velle, quod non fieret, aut vicissim aliquid nolle, quod tamen fieret; siquidem si vellet, fieret utique, seu futura omnino fuissent, et si nollet, futurum utique nec fuisset. Illi enim, quantum iudico, duas sequuntur hypotheses: 1. Ab absoluta voluntate ad potentiam procedunt: nec, uti videntur, voluntatem aliquam veram in Deo concedunt nisi cum effectu suo semper conjunctam; exempli gratia, si voluisset Deus Judæos, de quibus in Evangelio testatur, verè salvos, utique ipsos conversos et salvatos fuisse. 2. Ab eventu ipso voluntatem Dei æstimant, vel rationem voluntatis Dei antecedentis ex voluntate consequente judicant. Exempli gratia: Quia Judæi occæcati ut Judas perierunt, et salute exciderunt, ergo eos Deus non voluit salvos. Plura in hoc genere non hic addo, temporis angustia et metu alicujus tuæ molestiæ impeditus. Sed ad alterum *ξήθημα* transeo:

Utrum liceat Pontificium vel Hæreticum alium apertum loco et officio sepulturæ honesto et usitato in cœmeteriis vel templis nostris dignari et prosequi? Quæro idcirco, quia de isto casu nuper cœpit dubitari inter eos, quorum interest apud nos, clam tamen et tecte. Mecum si quid communicabis, quod utrique expediundæ quæstioni serviat, quod spero, bona fide tecum agi senties, meis enim usus tacite omnia accommodabo.

Sed hæc de meis. Aveo jam de tuis ac tuorum incolumitate certe aliquid habere: cujus nuncio mirum in modum me recreatum et gaudio elatum iri spero. Ego tui Divinæ providentiæ ac benignitati commendandi curam devotissimam nunquam deponam. Tu enim alter es, quem sigillatim mecum Divinæ bonitati commendatissimum habeo. Vale quam beatissime, diutissime nobiscum et universa domo ac sobole tua nobilissima, cui salutem cum officiosissimam, tum beatam et perennem devote precor, meo nomine per te, si contendere licet, impertiendam. Hafniæ 1608.

Canutus Bieschius.

Afskrift i Kongl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4to.

19.

[1608, December. (Hafniæ). Prof. Knud Bieske] skriver til H. R. i Anledning af, at denne havde meddelt ham sin lille Datters Død. Han forelægger ham derhos forskellige theologiske Spørgsmaal. Afskriften af dette lange Brev, som mangler Slutning, ender med følgende Ord, der vise Tiden, da det er skrevet: »In rebus academicis nihil est novi, nisi quod non ita probè inter Reverendum et Clarissimum Dn. D. Resenium et M. Ivarum Stubæum conveniat, ut nesciam, an litis«

Afskrift i Ny kgl. Saml. 1291. 4to (p. 163—6). Jvfr. Kbhvns. Univ. Hist. 1537-1621. III, 230.

20.

1609. (Hafniæ). Prof. Knud Bieske takker H. R. hjærtelig for et Brev; thi Breve fra ham var K. B. den bedste Opmuntring og Trøst under hans svage Helbreds-tilstand. Han havde desværre paa Grund af sine Forretninger ikke kunnet følge H. R.s Indbydelse til at besøge ham sidste Sommer, saa meget mere som han efter Kongens ved Kansleren ham givne Paalæg havde maattet paa-

tage sig at prædike baade paa Dansk og Latin (for Kongen). Han længes dog inderlig efter at tale med H. R. om de himmelske Ting. »Utor quidem clarissimo viro Dn. D. Resenio, mei ut spero studioso, sed ita tamen, ut semper, ne abuter, mihi sit accurate dispiciendum, non quò benevolentia Favitoris mihi in dubium veniat, sed Præceptoris dignitas modestiam a me desiderat, in qua exhibenda parcius erit sermonum ac religiosiorum colloqviorum usus«. — Efter Begjæring gaar han i Forbøn for Olaus Borrichius; denne havde forseet sig, men fortrød sin Synd, og bad om, at H. R. atter vilde skjænke ham sin Velvilje.

Afskrift i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsamling.

21.

[1609]. Oligerus G. Rosenkrantz ledsager Biskop Jens Gødesens Ligprædiken over Fru Christine Lunge, Jørgen Skeels til Hegnet (holdt i Randers 17. Aug. 1609), med et Epicedium ¹).

22.

1611, 1. Januar. (Wittebergæ). Jacobus Martini²) tilegner H. R. sit Skrift »Partitiones et quæstiones Metaphysicæ, in quibus omnium fere terminorum Metaphysicorum distinctiones accurate enumerantur et explicantur« (trykt Wittebergæ 1615. 8vo.). I Fortalen til Holger Rosenkrands skriver Forf.: »Quoties memoriâ repeto tempus illud, quo in hac nostrâ Academiâ studiorum continuandorum caussa vivebam, toties tui, tuorumque juvenilium

¹) I samme Skrift findes Epicedia af M. Johannes Petræjus Horsnensis, Ecclesiæ Aarhusiensis Canonicus, af M. Christianus Nicolai Fossius, Canonicus Aarhusiensis, af M. Johannes Zeuthenius L. F., Ecclesiæ domesticæ Rosenholmianæ Minister, og af M. Johannes Crogius, scholasticus rector Aarhusiensis.

²) Prof. Log. et Metaphys. i Wittenberg, siden theologisk Professor smst. († 1649), Forfatter af en stor Mængde logisk-metaphysiske og theologiske Skrifter.

quidem, sed verè heroicorum factorum, recordor, imò prædico illa et studiosæ juventuti seriò commendo. Testes erunt vestri ad nos missi, simulque familiares mei, juvenes optimi¹⁾. Quando enim exemplar veræ pietatis, industriæ et nobilitatis adducendum, tu suppeditas materiam. Nam omnino ita res sese habet, et testatur universa nostra Academia, inqve ea Professores omnes, flos eras nobilitatis, pietatis, virtutisque omnis et summæ industriæ rarum exemplum. Unde etiam tantos in omni disciplinarum genere faciebas progressus, ut non tantum in scientiis Philosophicis, verum etiam in reliquis facultatibus, et potissimum in Theologicâ et Juridicâ, te publice et disserentem et respondentem summâ cum admiratione audiverim* (etc.).

23.

(1611). H. R. til Prof. Hans Povlsen Resen.

In Jesu Christo nostro salutem.

Eqvidem, Vir Reverende, serius qvam et vellem et facturum me receperam, præsens jam tandem ad te scribo, nulla tamen planè mea culpa: Octiduum namqve geminatum jam vix elapsus est, qvo domum primum ab exequiis affini me Brahæo in Fionia tandem peractis²⁾, socrus Hardenbergiæ³⁾ morbo aliquot dies interea me remorante, reversus sum, et confestim tot me exceperunt domi forisque impedimenta, ut expediendis omnibus vix tempus interea suffecerit, nedum ut qvickvam mihi aliis operis accurandis fuerit reliqvum. Nunc cum, elapso hoc triduo proximo, aliqua ad solitas ἐν ἐπουρανίοις operas respirandi

¹⁾ Der var paa denne Tid stadig Danske i Vittenberg.

²⁾ Holger Rosenkrands's Svoger Otte Axelsen Brahe blev skudt i Belejringen af Kalmar 1611. Vistnok er han begravet i Vevlinge Kirke i Fyn.

³⁾ H. R.'s Hustrus Stifmoder, Kirstine Hardenberg.

tandem relicta mihi siet facultas, haud abs re facturum me putabam, si de sublimi illo coelestis sapientiæ capite, Christi videlicet Jesu nostri Immanuelis inter nos *σκηνώσει* (liceat ita) de qvo non ita pridem animi tui cogitata in publicam produxisti lucem, tecum religiosa *συμπαρακλήσει καὶ κατανοήσει εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων* amicè per literas conferrem: Inprimis ut siet, qvi occasionem saltim aliquam maturius offerat tibi, in conceptam pio (dubio omni procul) impulsu, animo tuo, de sacrosancto ac sublimi hoc fidei nostræ capite sententiam ex aliis atqve aliis partibus hac et illac ingredi — — —

Ut autem mentem meam candidè tibi et planissime aperiarn, latere te ipsum inprimis non potest, qvomodo sententia ea tua, qvam de Humanæ in Christo Jesu naturæ seu essentiæ æternitate, disquisitione nuperrima tua, profiteri et asserere visus es, vel apud proprios nostros Regni Dei per hoc regnum concives, varia jampridem judicia et ea magnam partem acerba valde, omnia sanè sinistra admodum, subire necesse habuerit, qvando ab aliis nova planè et inaudita, atqve adeo erronea et impia confestim et habita est et proclamata, ab aliis verò novè saltim phrasi et dictione edoctis in Regnum Dei antehac insolente, præpostero qvodam novandi studio à te proposita visa est et judicata¹⁾. Ut nihil dicam, qvàm verendum siet, inter externos etiam non paucos flabellis malevolorum insuper excitatos iri, qvi institutum tuum propediem et invidentius adhuc æstimaturi et acerbissimè longè sint criminaturi. Ego tamen, qvi majora longè et sanctiora documentis in communi nostro Christo Jesu qvàm constantissimis de te indubiè polliceri et posse me et debere etiam mihi planissimè persuasus sum, qvàm ut suspicari aut possim aut velim, Te mente in Deum ipsum contumeliosè arrogante sententiam eam seu concipere animo, seu ea dictione et phrasi exponere instituisse, tantum ut

¹⁾ Jvfr. min Khhvns. Univ. Hist. III, 254.

nova dogmata novè jactitando vanam aliquam gloriolam aucupaveris: Non potui ratione ulla adduci usque huc, ut præcipitanter adeò dicam ita acerbam seu tibi seu tuæ de Christi Jesu Mediatoris nostri, secundum ipsius naturam, æternitate sententiæ vel impingerem ipse, vel impingentibus aliis ullo pacto assentirer. Neque etenim, ut quod res est sanctè profitear, ut rotunde profitear, animum ego inducere etiamdum poteram, ut eam tibi sententiam attribuerem, quam quidem dictio tua novumque obscurius paulò aliqua ex parte aut inferre ipsa, aut saltim non invita admitti videri potest. Legi namque et relegi atque iterum iterumque relegi disquisitionem illam tuam nuperam, de uno Dei et hominum Mediatore ¹⁾, et nisi me dictionis tuæ insuetæ mihi obscuritas fallat, aliter statuere etiamdum non possum, quam idem Te cum universa domo Dei, columna et firmamento veritatis, de Christo Jesu nostro, Immanuele, corde credere et sentire, verbis verò paulo vehementioribus id, quod credis, proloqui et proferre; Non equidem ut te seu præ aliis jactes, seu cum aliis ostentes, à quo animo alienissimum te esse ego quidem nullus planè addubito, verum mage, ut adversariis, tum Majestatis, tum ἀπολυτρώσεως Christi Jesu nostri hostibus, quos pleno odio justissime prosequeris, urgentius absis et adverseris. (H. Rosenkrands udvikler derpaa udførlig, paa hvilken Maade han antager, at Resens Paa-stand om Evigheden af Christi menneskelige Natur er at opfatte, nemlig at den er evig for Guds Viden, hvilken er ophøjet over Tidens Omskiftelser). Hinc est, quod humana etiam in Christo Jesu essentia non quatenus simpliciter est, sed quatenus Deo γνωστον τὶ est, æterna seu æternalis, quod adeò nihil aliud est dicere, quam esse eam Deo æterno non temporaria et successiva cognitione γνωστὸν, neque secundum temporariæ successionis seu terminos principii et finis seu intervalla, quæ omnia αἰώνας

¹⁾ Udkom 1611.

tantum hujus sunt, Dei *γνωσις* subire, ut adeò propter negatam in Deo temporis omnem rationem, non propter attribuendam ipsi humanæ essentiæ ullam in se non temporariam existentiam, æterna seu æternalis tibi dicta omnino videatur. Habes, mi Reseni, qvâ ego sentiatiâ verba tua [intelligo]. . . .

Afskrift (uafsluttet) i Gl. kgl. Saml. 131 Fol. (p. 81—4).

24.

1613, 27. Februar. (Skaføgaard). Holger Rosenkrands søger i en meget vidtløftig Skrivelse at fjerne de Betænkeligheder, M. Hans Michelsen, Rektor i Odense, kunde have ved at modtage den ham tilbudte Plads som Husprædikant hos Fru Ellen Marsvin.

Dän. Bibl. III, 193—209.

25.

1613, 17. April. (Hafniæ). Christophorus Dibvadius skriver til H. R. bl. a. om dennes Moders ¹⁾ Død, i hvilken Anledning han havde skrevet et Digt.

Danske Mag. 4. R. II, 223—5.

26.

1613. (Witebergæ). Balthazar Meisner ²⁾ udtaler sin store Glæde over et Brev, han havde modtaget fra

¹⁾ Fru Dorothe Lange. Over hende haves en Ligprædiken af Biskop Jens Gødesen i Aarhus, hvori omtales, at hun paa sit yderste trøstedes af M. Jens Lavritsen (Zeuthen), der var Husprædikant hos hendes Søn Holger Rosenkrands paa Rosenholm. Hun havde tre Børn: 1. Otte R., døde paa Kalø 1582 i sit 22de Aar efter at han nylig var hjemkommen fra fremmede Lande, hvor han havde studeret paa 7de Aar. (Den bekjendte Nicod. Frischlins Tragedie »Dido« er tilegnet hans Discipel Otto Rosenkrands fra Danmark, se D. Strauss, Nicod Frischlin, S. 41). 2. Holger R. 3. Margrethe R., gift med Oluf Bilde til Vallø.

²⁾ Theologisk Professor i Vittenberg, † 29de Decbr. 1626.

H. R., en Mand, som i Lærdom og theologisk Indsigt ikke stod tilbage for nogen af Samtidens Theologer. Det vilde være ham den største Glæde, om H. R. ogsaa fremtidig vilde værdiges at skrive til ham »et vel quærendo exercere, vel respondendo informare«.

Dän. Bibl. III, 215—7.

27.

1614, pridie Nonarum Julii. En lang theologisk Skrivelse fra H. R. til Dr. Hans Povlsen Resen findes i Afskrift i Thottske Saml. 297. 4to (Bl. 89—99) og er vistnok det samme Stykke, som i Pet. Joh. Resenii Bibliotheca Acad. Hafn. donata, p. 116, anføres under følgende Titel: »Oligeri Rosenkrantzii judicium de Apologia Joh. Pauli Resenii de sancta fide, scriptum manu propria Rosenkrantzii Anno 1614.«

28.

1614, 20. Maj. (Wittebergæ). Balthazar Meisner takker H. R. for »munus splendidum ab alumno vestro exhibitum« og ønsker Velsignelse over ham. »Beatam dico Daniam, quæ Heroëm tam religiosum fovet«. Taler om photiniansk Vranglære, som i den sidste Tid var kommen til Orde (i Vittenbergs Nærhed), men ikke mødte tilstrækkelig Modstand af den Mand, hvem Tilsynet var betroet.

Dän. Bibl. III, 217—9.

29.

1614, ultima Cal. Sept. (Urup). J[acobus] Ulfeldt skriver til H. R.: »Vetus idque gratissimum debitum, ad te veniendi, Oligere, frater omnibus amicitiae legibus notisque conjunctissime, ut non tam tibi, quam mihi ipsi exsolvam, animus voluntasque nunquam deest, occasio com-

moditasque aliquando destinanti defuere. Jam vero in Cimbria sum, in vicinia. Quidni vicinia amici integerimil« Ved sit Bud forespørger han, om det var H. R.'s Lejlighed at modtage ham, da han saa vilde komme til ham.

Afskr. i Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 170).

30.

1615, 1. Maj. (Stetini). Daniel Cramer tilegner H. R. sit Skrift »De descensu Christi ad inferos exegema«. Stetini, 1615. 8vo. Et udateret, højst venskabeligt Brev fra D. C. til H. R. findes i Bøllings Brevsamling.

31.

1616, 5. Marts. (Rosenholmiä). Jacobus Hasebardus¹⁾, der var Lærer i H. R.'s Hus, tilraader denne, at han til Pinse skulde lade ham og hans Disciple rejse til Giessen. Han mener, at det vilde være gavnligt for dem, og henviser til, at afd. Knud Bieske ikke var meget ældre end Hasebard, da han af H. R. blev sendt ud med de ham betroede Disciple. Forøvrigt antyder han, at hans Helbred ikke var stærkt.

Afskrift i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsaml.

32.

1616, 17. April. (Hafniæ). D. Jesper Brochmand takker H. R. for et Brev fra ham, dat. Rosenholm Nonis Apr., som han den foregaaende Aften havde modtaget, og forelægger ham flere theologiske Spørgsmaal med den Bøn, »ut Gen. Dominus Oligerus cœlestis scientiæ face mihi præluceat«. Han omtaler, at han samme Dag skal

¹⁾ Se Vinding, Acad. Haun. p. 281—3. Naar der i dette Værk siges, at J. Hasebard 1615 rejste udenlands med H. R.'s Sønner, er det det en Fejl for: 1616. Bruun, Gunde Rosenkrantz, S. 8.

holde Examen over (de theologiske Doctorander) M. Niels Paaske og M. Hans Michelsen.

Dän. Bibl. II, 158—64.

33.

1616, 18. Juli. (Rosenholm). Olaus Joh. Slangendorph¹⁾, der af H. R. var antagen til Lærer for hans Søn og nogle andre unge Adelsmænd i den Hensigt, at han skulde rejse udenlands med dem, udtaler sig i et langt Brev til H. R. om den christeligt opvækkende Indflydelse, som denne havde haft paa ham, og sit inderlige Ønske om at lede de ham betroede unge paa den rette Vej.

Dän. Bibl. II, 176—83.

34.

1616, 21. Juli. (Rosenholm). En unævnt (Jakob Hasebard) skriver til H. R. om sin forestaaende Afrejse til Tydskland med de ham betroede Disciple. Disse haabe at træffe deres Slægtninge i Fyn eller Sjælland for at tage Afsked. »De juvene huc mittendo, qvi filio tuo hic relinqvendo præficiatur, et cui via, qvam in ipso instituendo secuti sumus, monstretur, nihil in memoriam Gen. Tuæ revoco«.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 161—2).

35.

1616, 6. August. (E vestro Rosenholmiano). S[veno] P[etri] tilskriver H. R. om sin Rejse med hans Søn Jørgen fra Dalum til Rosenholm. Sønnen havde været syg paa Rejsen, men nu var det bedre med ham.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 116—7).

¹⁾ Denne lovende unge Theolog døde i Padua den 23de September 1624. Jvfr. min Kbhvns. Univ. Hist. II, 652. III, 561. 615. Kirkehist. Saml. 3. R. I, 572. 575. 585—8. III, 259.

36.

1616, 10. August. (Rosenholm). Sveno Petri S[canus] tilskriver H. R., at hans Søn nu er helt rask. Alle de andre Drenge ¹⁾ ere ved godt Helbred.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 116).

37.

1616, 10. September. (Aarhusiå). Jacobus Hasebardus tilskriver H. R. om sit svage Helbred og beretter om et farligt Anfald af Blodbrækning, han (J. H.) havde haft. Lægen Petrus Saxonius, som han havde raadspurgt, mente, at Lungerne vare angrebne. Han beder H. R. raade ham paa bedste Maade og forelægger ham for øvrigt en Række Spørgsmaal angaaende Forstaaelsen af Skriftens Udsagn om de dødes Opstandelse.

Afskr. i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsaml. Sammesteds findes flere udaterede Breve fra J. Hasebard til H. R. De aande alle stor Kjærlighed, Tillid og Ærbødighed.

38.

1617 eller tidligere²⁾. Holger Rosenkrands forelægger den sproglærde Professor Dr. Christoffer Helvicus i Giessen nogle Spørgsmaal om Menneskeslægtens oprindelige Sprog.

Dän. Bibl. II, 153—8.

39.

1617, 10. Januar. (Rostochii). Eilhard Lubinus (Prof. theol. i Rostok) omtaler et Besøg, H. R. havde gjort hos ham paa en Rejse til Tydskland og et Brev, han senere havde modtaget fra ham. Begge Dele havde

¹⁾ »Reliqui pueri omnes«. Herved kan ikke menes Sønner af H. R., men Drenge, som nød Opdragelse paa Rosenholm.

²⁾ Brevet er udateret. Helvicus døde i September 1617. Jvfr. Gjellerup, J. D. Jersin, S. 61—2.

i høj Grad glædet ham, »subverebar enim, ne quid fortè nubeculæ in Generoso tuo animo reliqui foret ex causa illa D. Resenii cum D. Aslaco contractum«¹⁾. H. R. havde skrevet til ham om det ønskelige i, at man i theologiske Forelæsninger og Forhandlinger undgik den filosofiske Terminologi. Lubinus gaar ganske ind paa denne Tanke; »nam ad formam docendi jam passim usitatam quod spectat, quis non videat, illam a Philosophia et humana sapientia Christum ignorante potius profectam esse, quam a Spiritu Dei in verbo Dei«.

Dän. Bibl. III, 223—8.

40.

1617, 4. Februar. Prof. Jesper Brochmand til H. R.

Quàm ego, Generosissime Dn. Oligere Rosæcrantzi, in svavissima ultimarum literarum clausula triumphem, non certe propudiosa quadam carnis titillatione, sed sancta cordis ἀγαλλιᾶσαι, tute a te facillime æstimare poteris. Nec enim ignorare vis, me, quippe in Ecclesia Jesu Christi natum et educatum, non avos et attavos, non ad quod te absentem Patriæ et Ecclesiæ æterno bono divina benignitas evexit sublime ordinis senatorii fastigium, non denique cætera, quibus te Deus larga manu beavit, corporis bona, cum cæcutiente mundo in tua Generositate suspicere, admirari atque prono affectu venerari. Ista, mi Christe, omnia nihil aliud mihi, quam ζῆμία καὶ σκύβαλα. Τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Κυρίου μου est, quod facit, ut ego ac melior orbis Rosecrantzium in oculis, in animo feramus, ac Ejus de rebus Divinis παρακλήσεις non ut hominis alicujus, sed, ut vere sunt, ipsius Dei, adorabunde assurgamus. Et hæc unica causa est, cur ego in Generositatis tuæ affectu et alloquiis totus exultem, nec unquam desistam, pro tua incolumitate et inprimis doni

¹⁾ Se min Univ. Hist. III, 260. 267.

in te extraordinarie collati continuatione juxta ac salutari incremento, Deo meo supplex fieri. Nec dubito, quin Deus calidas, etiam hac publicarum precum solennitate, pro sancto juxta ac maturo operis a te, nec tam a te, quàm Spiritu Sancto per te, suscepti successu fusas ¹⁾ placida aure admiserit. Qui enim ad meum et piorum votum G^{tem} T. auspicatâ manu in Germaniam duxit, ac re omni belle expedita Te Patriæ ac Ecclesiæ sanum atque saluum reddidit: is ipse, jugi et nunquam interrupta suorum prece tandem exoratus, meliori orbi illucescere faciet, quod singulari gratia per te meditari cœpit opus. Successum speratum conatui omni parte responsurum longe certissimus sum; ac face ista densas, in quibus plerique palpamus, tenebras quasi ad Solis exortum sine mora dissipandas G^{ti} Tuæ indubie polliceor. Addo, me non dubitare, quin Deus eo imprimis nomine voluerit, Generosum Dn. Oligerum experiri multo benigniora Germanorum Theologorum de sancto illo instituto judicia, quam unquam sperasset, ut ad maturandum opus quasi admotis calcaribus G^{tam} T. vel ista ratione incitaret. Vide Generosissime Dn. Oligere, ne jam Tibi: quid dico Tibi! Ecclesiæ Jesu Christi desis. Deum hominesque habes cœpto faventes. Quid ergo superest, quo G^{tas} T. moram diuturniorem non dico juste defendat, sed vel ullo colore palliet aut pingat. Maturum certe advenit tempus thesauri fœnori elocandi. Photinianorum, crede mihi, argute contorta sophismata cladem Ecclesiæ Dei brevi afferrent vix resarciendam, nisi te Deus in suam messem mature extruserit. Nam quàm plumbeis a plerisque contra illos pugnatur armis, non sine gemitu, et quidem crebrius quam vellem, video. Sed vide, ne te vocanti Deo opponas, et obstacula, nescio quæ et qualia, prætendas. Moram nisi tandem ruperis, verendum certe, ne ultrices Dei tui manus tibi sint extimescendæ. Quod sentio, libere pro-

¹⁾ Her synes at mangle: preces.

loquor: nec enim in causa Dei me elinguem aut remissum esse oportet: certus Spiritum Dei adeo profundos amoris Jesu Christi animo tuo impressisse characteres, ut G^{tas} tua gnatonicæ assentationi liberam præferat monitionem. Mihi certe nullum unquam eminentius se ingeret institutum, quàm ut opus, quod Spiritus Jesu Christi per tuam G^{tem} molitur, pro tenui, quod mihi divinitus datum est, talento industrie adjutem ac promoveam. Cujus etiam animi infantile quoddam specimen mitto, indubie mihi pollicitus, G. tuam eodem in me fore affectu, quo Dominus noster Jesus Christus in mulierculam, cui cum aurum et argentum opimius, quod ad ditiorum exemplum contribueret, non suppeteret, quos habuit viles numulos animo valde devoto, ac eapropter Deo unice charo, contulit. Nec libet operoso sermone petere, Generositas tua velit errantem in Regiam veritatis viam comiter reducere, et vacillantem cœlestis veritatis *στηριγμῶ* firmiter fulcire, tenebras denique ignorantiae face cœlestis sapientiae pellere. Te enim id sponte facturum, longe certissimus sum. Ut vero ego singulas difficultates suis quasque locis eo commodius annotare, et Generosus Dn. Oligerus tanto expeditius respondere posset: quas tua Generositas de tuto vitanda *στροφῇ ἰδίᾳς ἐπιλύσεως* mecum benigne communicavit sanctissimas meditationes et necdum a quoquam annotatas observationes: eas in certas secui propositiones, ipsissimis G^{tis} tuæ verbis retentis, quod nec ego nec quisquam alius rem adeo sanctam commodioribus esset eloquuturus. Quod si justum in universum caput 2dum prioris ad Corinthios a Generositate tua extorquere possem sollicita prece commentarium: immane quam mihi adeoque universæ Dei Ecclesiæ prodessem. Nemo enim ignorare potest, quam habeat caput illud prægnantes phrases, et quibus ignoratis aditum ad solidam verbi Divini cognitionem quasi præclusum esse qui dixerit, nihil forte alienum a vero dixerit. Adjunxissem quaecumque documentum

piæ industriæ in cæteris etiam παρακλήσεις a tua G^{te} mecum communicatis, nisi putassem, non fore consultum Generositatem Tuam, variis curis occupatissimam, accumulata dubiorum mole nimium onerare. Differo igitur, usque dum G^{tas} T. ad ea, quæ in præsens mitto, data commoditate, responderit. Nec puto perire horas, quas mens generosa fratri informando pie impendit. Merces, crede affirmanti Jesu, in cœlis futura erit copiosa. Qui ipse Jesus tibi et tuæ familiæ rependet, quod mihi te parario in sanctam Dn. D. Mentzeri, Theologi in Germania facile principis, amicitiam penetrare datum sit. Dabo sedulam operam, ne aut Dn. Oligerum commendationis aut Mentzerum oblatæ amicitiae unquam poeniteat. Litteras ab eodem Mentzero Dn. D. Resenio et Dn. D. Conrado inscriptas fideliter accuravi, et utrique suas in manum dedi. Resenius non tam ad Mentzerianas, quas non fuisse primas intellexi, quam Oligerianas exsiliit. D. Conradus verò quantopere sibi in scriptione Mentzeriana placebat, non facile dixero. Ipse gratias dicet Generoso Dno Oligero, quo interprete aditum sibi ad istam amicitiam patefactum esse gratus agnoscit. Plura vellem: sed non licet. Non quod mihi non vacat, sed quod nefas ducam, gravioribus Generosi Dn. Oligeri negotiis remoram longiore colloquio injicere. Tu interim Generosissime Oligere, Deo ac Ecclesiæ nate, Deo et Ecclesiæ quàm diutissime vive: ac certe tibi pollicetor, hanc publicarum precum solennitatem, cum quibus salutari fine conflictaris tentationibus, plusculum allaturam levaminis. Quantum enim possint seriæ piorum preces, notius est tuæ Generositati, quàm me opus sit monitore. Vale ac doni προσητείας luculentissima incrementa a Patre luminum indubie expecta. Hafniæ 2do publicarum precum die Anni 1617.

Qui Generositatis Tuæ in suis ad Deum
precibus nunquam non meminit.

M. Nicolao ¹⁾, qui hasce Generoso Dn. Oligero e manu in manum dabit, amicabilem si G. tua dederit operam ac functionem quandam virtute ambientem benigne in aula adjutaverit, rem fecerit Deo unice gratam et a me grata mente agnoscendam.

Afskrift i Kongl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4. (p. 28 sq.)

41.

1617. D. Jesper Brochmand forelægger H. R. nogle Spørgsmaal om, hvorledes man rettelig skal bestemme Faderens, Sønnens og Helligaandens Forhold til det i Lov og Evangelium aabenbarede Ord.

Dän. Bibl. II, 164—6.

42.

1617, 7. Marts. D. Jesper Brochmand til H. R.

Eo ipso momento, quo litteras, Generositati tuæ inscriptas, sigillo meo munio, Museum meum ingreditur puer, et nuntium Dn. Oligeri præstolari me præ foribus memorat. Exsilio præ gaudio, et ei, qui litteras Rosenkrantzianas perferebat, gressu potius grallatorio quam formicino occurro: miratus profundum singularem Dei mei in me et nunquam digne deprædicandam benignitatem. Non nihil namque trepidabam, quas ad Generosum Dn. Oligerum cum N(icolao) jam *μακαρίτη* dedissem litteras, fide minus bona fuisse redditas, posteaquam inaudiveram, qui perferendas promiserat, rebus humanis exemptum eo ivisse, quo solis piis eundum est. At vero simulac litteras Dn. Oligeri explico, metu omni liberor, nec tantum omnis abit metus, sed novo gaudio perfundor. Quos enim animos mihi addiderit indubia uberioris explicationis spes,

¹⁾ I de følgende Breve omtales denne M. Nicolaus som kort efter død; ellers laa det nær at tænke paa M. Niels Frantsen, der den 28de Maj 1617 fik Bestalling som Hertug Ulriks Tugtemester.

malo testem Jesum, quàm in multas periodos diffusam scriptionem. Id vero silentio præterire neque possum, neque debeo, me litteris ad T. G. perscribendis manum nunquam admoveere posse, quin vel invitus abripiar, ut me diffundam in monitiones de opere Domini et Dei nostri maturando. Et quanquam mihimet sæpiusculè occino, te pro tuo in Jesum singulari amore ultro quæ sunt tui officii facturum: nescio tamen, qui fiat, quod mihi temperare nequeam, quin sponte currenti calcaria admoveam, et iterata scriptione inculcem, et quæ sit tua vocatio, qua extraordinarie vocatus es, et quàm sit afflictus et prope occisus Ecclesiæ status, et quàm indies in agro Domini tui novo augmento pullulent zizania, et quàm sint nimis pauci, qui hanc operam nostro Jesu elocare aut velint, aut possint, ut hisce malis tandem mensura et meta ponatur. Tibi certe, pientissime vir, dictum puta: væ mihi, si non euangelizavero. Nec morare vana et prophana corruptissimi seculi judicia et parum sanas de tam sanctis operis voces: ad quas et iam te dudum obduruisse mihi longe certissimum est. Quodsi Dn. Oligero suis ducto rationum momentis fixum stat, moram nectere et opus illud Domini commodiori reservare tempori, apud me conclusum habeo, simulac Dn. Oligerus uberiores communicaverit doctrinæ ἐπιλύσεως explicationem, brevem de eodem argumento concinnare tractatum typis publicis exscribendum et cum Ecclesia Dei quam maturrime communicandum: sed ita ut et tibi legendus atque censendus exhibeatur, antequam in publicum emittatur, et tibi, tanquam vero auctori, adscribatur. Quæ eo nomine indicanda censui, ut Dn. Oligerus certus sit, me ita in Ecclesiam Dei animatum esse, ut malim ipsemet ista rerum Divinarum gratiosa cognitione carere, quam mecum isto sensu et fine communicari, ut intra mei solius pectoris adyta quasi clausa æternum sepeliatur. Scio namque Deum in me animadversurum, si istam lucem Ecclesiæ Dei inviderem, inprimis in ista caligine miserrime ac peri-

culosissime palpanti. Tu vero, vir Dei, *παρησία* meæ benigne ignosce, et scito, me natura meticulosum, in causa Dei animosum esse. Nec quidquam addo, solum inculco, te debitorem esse, tanquam *δύνατον, τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν*. Jesus C. te Ecclesiæ suæ diu servet sospitem. Amen, Amen, Amen. Hafniæ 7 Martii 1617.

Nobilissime Dn. Oligere, studio quam possum humillimo rogo, ne grave dicas pro tua in rebus Divinis scientia benigne indicare, quid Jacobus in sua epistola per *τὸν ἔμφυτον λόγον* velit. Nam non satisfaciunt mihi Interpretes, et quærendi occasionem suo tempore tua cognoscat Generositas. Deo et Ecclesiæ vive.

Qui, ut quo me in Jesu Christo amore
prosequi cæpisti, ad finem usque pro-
sequi pergas, Deo indies supplico

C. E. B(rochmannus).

Afskrift i Kgl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 33—4).

43.

1617, 20. Marts. D. Jesper Brochmand til H. R.

Illustris Dn. O. Rosæcrantzi, Patrone longe benignissime.

Quas ad Tuam Generositatem cum M. N(icolao), jam in Domino beato, dedi literas vel tandem redditas esse non tam spero, quam confido. Maturius redditas cupivissem, sed grammatophori morbus et mors moram istam abunde excusant. Nec dubito, quin Generosus Dn. Oligerus prima quoque commoditate sit responsurus, *εἰς τὸ στηριχθῆναι ἐμέ*. Quam vero vellem G^{tem} T. coram compellare! sed officium et pluscula alia valide vetant. Non possum autem, quin Dn. Oligerum subinde moneam talenti divinitus concrediti, et una statum Ecclesiæ sanguine Jesu Christi redemptæ ob oculos ponam, quæ quantopere tuæ indiga sit opis, tute pro spirituali tua prudentia ignorare

non poteris. Meminisse oportebit, quam severum expecturi simus Jesum Christum in censorio illo et extremo die ultorem, si laboranti et animam prope agenti Ecclesiæ medicam, ubi datur, non præstemus manum. Ne imponat tibi, pientissime vir, et bono Ecclesiæ penitus nate, πολλή ista φαντασία et brevi periturus mundi splendor (Act. 25 v. 23). Sordeat tibi quidquid est hujus mundi. Ad animum tibi sume Mosen, qui maluit συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἀμαρτίας ἀπόλαυσιν, μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν Αἰγύπτου θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ, ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν (Hebr. 11 v. 25. 26). Non svadeo, Dn. Oligerus ad modum μισανθρώπων in latebras, nescio quas, se abdat; hoc tantum volo, ne ita nobis dulcescat ablandientis mundi fallax favor, ut in Domini nostri Jesu Christi negotio accurando segnescamus. Quæ certe non eo nomine scribo, quasi sinistre quid de Dn. Oligero suspicarer, aut ipsum de solito in Jesum amore aliquid remisisse ullo indicio didicissem, meum modò exprimo desiderium, et quàm unice cuperem salutare hoc negotium mature promoveri. Ad quod etiam perficiendum, ut Pater ille misericordiarum Generositati Tuæ pares oneri tanto subministrare velit corporis et animæ vires, flexis cordis et corporis mei genibus in nomine Jesu, supplex precor. Tu modò, vir Dei, vide, ne trahenti Deo te opponas, sed potius, quo Deus per Spiritum suum gratiose vocat, ultronea alacritate sequere. Quod reliquum est, Te cum lectissima et vere generosa fæmina universaque familia Patri Domini nostri J. C. paucis quidem sed valde serio commendo. Hafniæ 20 Martii 1617.

Qui nunquam non pro tua G. cor et manus
ad verum et vivum Deum levat,

C. E. B(rochmannus).

44.

1617. D. Jesper Brochmand til H. R.

Generosissime Dn. O(ligere) R(osæcrantzii), Patrone post
Deum maxime!

Scriptiois hujus, in medio variarum occupationum æstu festinanter fusæ, unica summa et scopus, digneris me cœterosque, quos Deus Electi Principis informationi ac fideli institutioni admotos voluit, vero et vivo Deo quàm studiosissime et plane ἀδιαλείπτως commendare. Si enim mihi hominum animitus Deum timentium precibus inquam opus fuit, jam hercle impendio opus. Rogo itaque, ne servulo Christi jam certe afflictissimo desis, sed ut oneri meo humeros tuos Christiano affectu submittas, ne plane succumbam. Leva pro me ad Tui-Meum Jesum puras piasque manus, ut sic per te impetrem, quod a memet ipso sperare haud liceat. Nec puto aliquem liberæ scriptiois quærendum esse prætextum: cognitissimum enim mihi est, quàm sit tutum et extra omne periculum in Generositatis tuæ sinum universas et quidem penitissimas et aliàs velo silentii nescio quo obducendas cogitationes effundere. De sancto παρακλήσεων nostrarum exercitio nihil in præsentia scribo temporis angustia et occupationum varietate exclusus. Legi Generositatis tuæ salutare monitiones, et quibus nisi ego sponte subscripsero, indignus sum, qui in censum verorum Christianorum referar. Omnis sapientiæ autor Deus accensam in tua Generositæ agnitionis suæ lucem magis magisque augescere sinat, ac illud displicentiæ vitium sui gregis æterno bono tandem paterne averruncet: quippe quod unice impedit, quo minus Ecclesia Dei in donorum in te extraordinarie collatorum participatum salutarem veniat. Quàm vellem exercitia Generosissimi Dn. Oligeri Rosæcrantzii catechetica nobiscum communicari. Fructum e gratiosa thesauri istius concessione in Patriam temporis successu rediturum quàm

uberrimum, indubie polliceri ausim. Egissem ea de re cum G^{te} Tua, sed mihi excidit, ut et alia quam plurima, in quibus G^{tis} Tuæ maturo opus fuisset consilio. Noli aut gloriæ tui Jesu, aut publico deesse bono: meque tibi, quàm diu communi Servatori servio, habe quàm commendatissimum. Deus te Ecclesiæ et Patriæ bono quàm diutissime servet incolumem. Vale virorum hujus ævi præstantissime, et tui talenti recordare. Ex arce Helsingorensi manu festinantissima 1617 ¹⁾).

Qui se tuæ Gener. cupit quam
commendatissimum,
C. E. B(rochmannus).

Afskrift i Kongl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 38).

45.

1617, 20. Juli. (Kronborg). D. Jesper Brochmand fortæller H. R. om den Christendomsundervisning, han meddelte Prins Christian. Han priser sig lykkelig ved den Støtte, som Hofmesteren (Christen Thomesen Sche-sted) ydede ham i hans Opdragelse af Prinsen til Guds-frygt: «vicariam operam (immane qua felicitate) præstat honoratissimus Aulæ-Magister, ad hoc munns non tam factus, quam natus.»

Dän. Bibl. II, 174—76.

46.

1617. (Rostock). Eilhardus Lubinus skriver til H. R.: Joach. Morsius «civis Academiæ nostræ» rejser

¹⁾ Den foreliggende Afskrift har Aarstallet 1613, der sikkert bør rettes, som sket er. D. Jesper Brochmand havde den 28. Maj 1617 faaet Bestalling som Prins Christians Tugtemester og var i denne Stilling indtil Juli 1620, da han atter vendte tilbage til sit Professorat ved Universitetet. I disse Aar opholdt han sig med sin Discipel paa forskellige kongelige Slotte, som Dateringen paa dette og flere følgende Breve viser.

til Danmark; gjerne havde Lubinus givet sig i Følge med ham »florentissimi vestri Regni visendi causa, et in illo salutandi summos et præstantissimos viros, et inter illos te Phoenicem«; men offentlige og private Forretninger hindrede ham deri. Han baabede dog engang at naa saa vidt. »Qvoties autem tuæ G^{tis} recordor et illorum, qvæ elapso anno Gen. tua contulit mecum (qvod non possum non qvotidie facere) tacito admirationis et amoris adfectu percellor, et desiderii illorum, qvorum salivam Gen. tua mihi excitavit longe vehementissimam. Spero Gen. tuam et mihi et aliis hanc famem et sitim aliquando sedaturam illâ æternæ vitæ Ambrosiâ et Nectare, qvæ Dei Spiritus apud te apparavit« etc.

Afskrift i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsamling.

47.

1617. (Giessæ). Prof. Balth. Mentzer advarer en af H. R.s Sønner (Gunde R.), der studerede Astronomi i Lich, mod den der herskende Calvinisme.

Rørdam, Kbhvns. Univ. Hist. IV, 670—2.

48.

1617. D. Jesper Brochmand til H. R.

Literas Generositatis Vestræ sancto humanitatis igne non tam calentes quàm æstuentes, simulac resignassem operosam excusationem, non dico admiratus sum, sed stupui. Quid enim ad me, a sapientiæ cœlestis consecratis ac doctrinæ *ἁγίων κατερχομένη* unice addictis hominibus, ne demum ab iis, qui a G. Vestræ domo et disciplina sunt, adeo illatebratum perscribi poterit, quod Generosissimo Domino Rosæcrantzio non cupiam longe cognitissimum? Sed Spiritus ipse Jehovæ, qui Generosissimum Dn. N. in sublimi sapientiæ divinæ cognitione eminere voluit, nec in sancto humilitatis studio præteritorum seculorum optimis Patribus vel tantillum G^{tem} Vestram

cedere, e nominis sui gloriosi usu esse duxit. Meum est ac mei similium in id summa ope incumbere præeuntis Rosæcrantzii vestigia hac in parte si non presse premere, saltem longe sequi liceat. Quæ vero Deo nostro intime charus Hasebardus litteris suis ad G^{tem} Vestram datis interspersit nova, non modo mihi, sed etiam aliis accidere auditu grata. Verum quo seculum hoc spirituum a spiritu mendacii subornatorum feracius est, eo tua, divinissime Oligere, opera Ecclesiæ Jesu Christi magis est necessaria, quæ tanto majora sentiet incommoda, quanto protractionem in vulneribus Ecclesiæ curandis traxerint moram, quibus medicas Ecclesiæ vulneribus adferre manus divinitus datum est. Nec enim in hac monela satis crebro G^d Vestræ inculcanda mihi satisfacere possum. Subvereor namque, ne veritatis cœlestis claræ luci nimium invidens tenebrarum spiritus omnem moveat lapidem, ut quod Deus molitur opus, si non plane intervertere, saltem remorari possit. Qui tamen conatus in irritum ut cadat, assiduus eorum precibus, quibus cœleste illud depositum serio curæ ac cordi est, Deus ἀδιαλείπτως fatigandus est. Sed ut mihi silentium imperem, utut in hac materia stylum non nihil laxare plane necessarium foret; antequam receptui canam, quasi παρέπωσ moneo, me longe amicissimas a Dn. D. Mentzero accepisse litteras, quibus præter cætera amicam de mysteriis Christianæ religionis collationem unice urget. Pollicetur forte sibi, me in intimas quasque G^{tis} Vestræ meditationes sacratissimas penetrasse, seque aliquid latentis sapientiæ isto artificio exsculpere posse. Sed quàm hac in parte fallatur, nemo certius quam ipsissima Vestra G^{tas} novisse poterit. Sunt interim in scriptis Photinianorum non pauca, quæ immane quantum mihi exhibeant negotii, de quibus cum ipso amicam per litteras instituere collationem mens est, modo institutum G^{ti} Vestræ adprobetur. Sed præpropera tabellarii festinatio sermonis filum mihi invito abrumpit; id ex intimo animo unice precatus velit Jesus Christus, G^{tem} Vestram Regno

et Ecclesiæ quam diutissime vivere florentem, Amen,
Amen. E Regia Coronæburgica summa festinatione 1617.

Afskrift i Kgl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 35—36).

49.

1617. (Hafniæ). En unævnt (vistnok Prof. Caspar Bartholin) til H. R. Brevet begynder: »Variis beneficiorum tuorum cumulis sæpius exhilaratus, Gen. Dñe, non potui non gratitudinis radium aliquem litterarum aurâ ad te mittere«. Derefter tales om H. R.s »discursus theologicus«, og Brevskriveren udbryder: »O utinam sanctos illos tuos labores ex puris et liquidis Israël's fontibus tam decenter haustos aliquando videamus! Et maturè«.

Afskrift i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsamling.

50.

1617 (ell. 1618), V. Idus Octob. (Lundæ). Olaus And. Otto(niensis) skriver til H. R., der betegnes som Senator Regni et Præses Regius, og beder om Tilladelse til at træde i Clientelforhold til ham, »Nobilitatis nostræ florem, religionis salem, Musarum Phœbum, doctorum Mecænatem et clientum patronum maximum, ideoque et olea et rosis¹⁾, non tam claro nomine, qvàm re ipsa, præ cæteris tui ordinis hominibus (qvibus, ut olim dixit Sallustius, contemtor animus et superbia commune plerumque malum) insigniter redimitum«.

Afskrift i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsamling.

51.

1617. Joachim Morsius til H. R.

Quod præsens præsentis Hafniæ hoc temporis tractu nulla ratione mihi licuit, absens literis hisce illiteratis

¹⁾ Hentydning til Navnet Oliger Rosencrantz.

facio. Defero tibi N. N. cultum et obsequia mea, quem incredibili observantia a tot jam annis affectuosissime prosequor. Et spero, excusabit importunitatem compellationis meus amor, qui erga te tuasque virtutes divinas et rarissima ingenii munera merus, purus putusque ignis. Ea enim tua singularis comitas non solum a Lubino¹⁾ et Cramero²⁾, sed infinitis aliis, supra omnem modum mihi deprædicata, ut non tantum nos omnes genere, virtute et eruditione, sed etiam humanitate longissime post te relinquo. Utinam vero eæ in me essent naturæ, fortunæ ac industriæ dotes, tibi familiæque tuæ laudatissimæ animum ac obsequia mea aliquando ut probare possem, votorum meorum summam gloriarer me esse consequutum. Sed cum me meaque considero, præter mentis meæ tibi addictissimæ prona promptaque studia nihil habeo, quod de me polliceri tibi valeam. Tu hilari fronte et benevola manu devotissimum hunc tuum clientem, a quo nullus unquam bonus tristis discessit, suscipe, benignamque favoris auram præclaris ejus cœptis clementer adspira ac amore tuo defessum Musicis laboribus animum erige. Potes sane, si quis alius. Nec dubito te velle, nescio³⁾ enim, quæ mihi de generosa voluntate tua promittam, hacque etiam confidentia fretus, indicem auctorum inpræsens instructissimæ tæ bibliothecæ, qui aliquid unquam de Dania etc. scripserunt, petere audeam. Molior enim inter alia ad faciem Rerum Germanicarum etiam tomos aliquot scriptorum Danicorum, quos ego ex latebris veterum Bibliothecarum non sine cura ac diligentia evocavi. Si quoque nonnulla Tychonis Brahæi inedita corpuscula, te eâ, quâ par est, observantia submisce veneror, ne et ea mihi bonoque publico invidas. Non ignorabit comitatem tuam in me singularem posteritas. Deus Opt. Max. diu te, Illust. ac

¹⁾ Eilhard Lubinus, Prof. i Rostok.

²⁾ Holger Rosenkrands's fordums Hovmester, nu Præst i Stetin.

³⁾ Man skulde have ventet: scio.

Generose Vir, mortalium cœtui omni honore, virtute ac doctrina florentem feliciter summa studiorum meorum ornamento et præsidio quàm diutissime interesse patiatur. Salve, vale, vive Heros incomparabilis, Mæcenas et amice desideratissime, decusque tuum nesciat urna mori, meque in posterum inter clientes tuos annumerare dignare. Festinabam Hafniæ 1617.

Jochimus Morsius ¹⁾.

Udskrift: Illustri, Generoso, Magnifico ac Amplissimo Viro, Domino O. R., Domino hæreditario de N. N., Literatorum nobilium totius famigeratissimi Regni Daniæ facile Principi, Domino ac Mæcenati meo longe desideratissimo.

Afskrift i Kgl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 114).

52.

1618, 24. Februar. (Dalum). H. R. skriver til Kansler Christen Friis til Kragerup og fraraader meget indtrængende Nedbrydelsen af Vor Frue Kirke i Odense, hvorom der havde været Tale ²⁾.

Saml. t. Fyns Hist. og Topogr. VIII, 91—6.

53.

1618. (Ulmæ). Dr. Conradus Dietericus beder H. R. om en aarlig Understøttelse til Enken efter Dr. Helvicus, Professor i Giessen, der efter Mandens Død befandt sig i den sørgeligste Tilstand, da Landsherren havde afslaaet at give hende Pension, og Manden intet

¹⁾ En vagabonderende Videnskabsmand (født i Hamborg 1593 af rig Patricierslægt), om hvem udførlige Efterretninger findes hos Møller, Cimbr. lit. I, 440—6. De største Forventninger knyttede sig i sin Tid til ham, men en Del af sine sidste Aar tilbragte han med skuffet Livshaab i en Daarekiste.

²⁾ I Ny kgl. Saml. 2091. 4to, Vol. I og II, findes bl. a. Afskrifter af en Række Kongebreve til H. R. i hans Egenskab som Lensmand paa Dalum og Odensegaard.

havde efterladt uden sin theologiske Bogsamling. Det antydes, at H. R. havde understøttet Dr. Helvicus, medens han levede.

Dän. Bibl. III, 228—31.

54.

1618. (Wittebergæ). Balthasar Meisnerus fortæller H. R. om, hvorledes Reformationens Jubelfest var holdt i Wittenberg afvigte Aar. Han glæder sig over, at den ogsaa var holdt i Danmark. For øvrigt beklager han »conatum Satanæ, quo per Photinianos recentes fundatissimos fidei nostræ articulos adeo eludere conatur«. »Mihi sane Photinianismus videtur viam sternere ad barbariem et Atheismum, siquidem per illum ambigua redditur Scriptura«.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 107).

55.

1618. (Wittebergæ). Balthazar Meisnerus skriver efter Anmodning af Georgius Dibvadius til H. R. og beder ham tage sig af ham. Han var en Søn af den bekjendte danske Theolog. Forøvrigt ydes der ham kun en temmelig betinget Ros; noget stort Lys var han ikke, men han trængte til Solens Straaler, og Danmarks Sol var H. R.

Afskrift i Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 106).

56.

1618, 26. Marts. (Cronburgi). D. Jesper Brochmand udtaler til H. R. sin Glæde over, at Gud endelig har ladet den Dag oprinde, »quo te . . . in suam messem extrudere dignetur«¹⁾. For øvrigt besvarer han nogle

¹⁾ Hvad mon det er for en Virksomhed fra H. Rosenkrands's Side, hvortil der i disse Ord hentydes? Mon Udgivelsen af den Institutio Cathchetica, hvor om der tales S. 753 og i flere følgende Breve.

Spørgsmaal af H. R. angaaende den hellige Nadvere, og omtaler, at Prinsen den forestaaende 2. April skulde (første Gang) gaa til Herrens Bord.

Dän. Bibl. II, 167—72.

57.

1618. (Hafniæ). En unævnt (vistnok Prof. Caspar Bartholin) skriver til H. R. bl. a.: »In omnibus tuis erga me meritis primum agnosco inexhaustæ tuæ sapientiæ Theologicæ derivationem in me aliquam, quam omnibus ego mundi hujus bonis præfero quàm longissimè. O! mentes beatiore, quibus res, quas loqueris, instillantur. Nos omnes verò felicitatis tantæ avidos de facili redderes, si mortalitatis humanæque conditionis memor, scriptis illis tuis aureis publicam beares lucem«. — — »Cæterum, G. Dn. Rosæcrantzi, gemina mea ad te it Disputatio publica tanquam ad judicem, contra Godenii tibi jampridem visas nugas, adjectis aliis nonnullis quæstionibus, directa. Quæ ex ore tuo hausi distinctione resurrectionis mortuorum et ex mortuis cum solido suo fundamine, ore etiam non typis in actum disputationis publicum te autore perduxì, non paucis inaudita talia cupidissime amplexantibus«. Forøvrigt anbefales til H. R.s Understøttelse en ung Mand, om hvem der siges: »Medicam apud Britannos praxin exercere cogitat, fundamentis theoreticis jamdudum, ut ait, jactis«.

Afskrift i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsamling.

58.

1618, 1. Juli (E regio Ottoniano). Holger Rosenkrands tilskriver Kansler Chr. Friis til Kragerup om sin slette Helbredstilstand, der hindrede ham i at opfylde ham paalagte Statshverv ¹⁾: »Defluxio molestissima ea in

¹⁾ I Suhms Nye Saml. III, 131 omtales, at blandt Jens Rosenkrands's Manuskripter fandtes en Relation om Holger Rosenkrands's Ambassade 1618 til Slesvig i den schwabstedtske Sag.

sinistrum meum brachium, de qua proxime, tarde admodum remittit; vestes vero induere adhuc planissime prohibet. Accessit vero biduo proximo sanguinis universi difficilis admodum inflammatio, quæ pustulas mihi per universum corpus cutium vermiculatim pungentes excitavit, a quibus non admodum noctu præsertim quies«. Dette beder han, at Friis vil forebringe Kongen; for øvrigt vilde han, saa snart det paa nogen Maade var ham muligt, begive sig paa Vejen. Dalum Kloster havde han maattet lade reparere udvendig, hvortil det højlig trængte.

Orig. i Kgl. Bibl., Bøllings Brevsamling.

59.

1618. (Witebergæ). Balthazar Meisner diskutterer i et Brev til H. R. det Spørgsmaal, om man i den theologiske Polemik kunde undvære de tilvante filosofiske Betegnelser og Kunstord. H. R. synes at have antydnet det ønskelige i enfoldigt at holde sig til Profeternes og Apostlernes Talebrug. — Brevskriveren takker for en tilsendt »munus aureum«.

Dän. Bibl. III, 219—23.

60.

1618, 14. Sept. Prof. Balthazar Mentzer til H. R.
Salutem et gratiam a Deo Patre per Jesum Christum.

Audeo aliquid a te petere, Generose Domine, sed magnum et insigne. Ut ausim, imperavit mihi singularis tuus in pietate zelus et erga ejus studium favor et adversus me benevolentia. Neque dubito, impetraturum me a benignitate tua, quod Dei laudibus et Ecclesiæ incremento et studiosæ juventutis usibus inservire poterit. Injunxit mihi Superiorum auctoritas, ut notis quibusdam textum Novi instrumenti illustrare velim. Nihil potuit mihi gratius et valetudini meæ convenientius demandari: Ad prælectiones enim habendas prodire non possum: ad

disputationes autem et conciones vel curru vehi vel portari sella me oportet. Quæ pedum infirmitas ex diligenti, nec infelici podagræ cura remansit, quippe qua dolorum tum frequentia tum vehementia repressa est, quo nomine immortales Deo gratias ago. Recordor autem non sine gaudio colloqui nostri de accurata Biblici textus recognitione, et veræ lectionis constantia et certitudine, in qua recte constituenda G^{tas} Tua eo tempore se progressum agebat ad epist. 2 ad Corinth., et spero nunc ad finem feliciter pervenisse. Qui thesaurus quia occultari non debet, et Ecclesiæ Dei subtrahi, qua par est observantia rogo et obsecro, ut G. Tua hoc tam præclaro munere omnium piorum amorem et æternam gratitudinem conciliare sibi ne dedignetur. Modum et rationem boni istius aliis communicandi non præscribo, sed meum studium offero, ut, quæcunque ex variis viis G. Tuæ visa fuerit commodissima, mea, si quæ esse potest, opera exposcatur, in negotio tam sancto tamque necessario promovendo. Saltem illud obtineam, si nondum matura satis reliqua videantur, ut nudum Euangelistarum textum videre mihi liceat, et meas inde cogitationes examinare, et, ubi opus fuerit, emendare. Non accusabit G. T. meam impudentiam, cujus novit candorem, et in juvandis juniorum studiis desiderium: sed fiduciam laudabit, quam tot argumenta confirmant, quot a G. T. literas habeo, et quot ex ipsius ore verba jucundissima in animum meum influxerunt. Deum supplex veneror, ut G^{tem} Tuam cum tota laudatissima familia diutissime salvam et incolumen conservet. Giessæ 14 Sept. Anno Chr^{sti} DeXtra oMnⁱa Verit^{at}.

B. Mentzerus ¹⁾.

Afskrift i Kgl. Bibl., Ny kgl. Saml. 1291. 4to. (p. 111).

(Fortsættes).

¹⁾ Berømt luthersk Theolog, Professor i Giessen, siden i Marburg. Døde 6. Januar 1627.